



## XVI.

DIVI THOMAE AQUIN-  
TIS TRACTATUS SEXTVS, DE  
ESSE ET ESSENTIA MINERALIUM tractans:

DIVISVS IN CAPITVLIS  
*quatuor.*

**T**ractatus sextus de esse & essentia mineralium extractus à libro scripto à sancto Thoma de Aquino, qui sic incipit: Nunc verò de corporibus inferioribus est tractandum. Sed quia hæc dividuntur in mineralia, plantas & animalia, ideo primo de esse & essentia mineralium pertractamus.

Mineralia dividuntur in lapides & metalla. Esse ergo essentiae & existentiae est eadem ratione in istis sicut in aliis. Creatura namque, sicut prius patuit capitulo tertio primi libri, dicitur habere suam essentiam in quantum exemplariter est à Deo & eius similitudo. Deus enim exemplum est omnium rerum. Sic enim secundum istam rationem creatura sortitur nomen essentiae. Secundo modo creatura dicitur habere suam essentiam in quantum effectivè est à Deo, & est aliquid in sua propria natura effectualiter ab eo. Et sic secundum hanc rationem & respectum sortitur nomen existentiae.

Idem ergo nomine est essentia & existentia, sed diversum est ratione respectus. Ex primo est Deo similis, & ex secundo substantiabus. Est igitur in istis sicut in aliis esse essentiae excepto essentiae & existentiae educuntur in istis in actu suppositi per plures transmutationes, quàm in elementis aut aliis corporibus supercoelestibus, quod materia earum ex pluribus formis & accidentibus in viscata grossa composita.

LII 4

CAP.

*Mineralium  
Divisio*

*Existentia  
& Essentia*